







~~Reb~~  
~~2445~~





Albertus magnus

Solinus

Albertus magnus seceris  
Mulierum con cimento



**COMPRA**

**208182**

**Res**  
**2475**

Expositio super henrici de sa-  
xonia de secretis mulierum In-  
cipit sciliciter.

D LVCIDIO rem  
notitiam : sequentia  
habendā uidelicet de  
secretis mulierū ali-  
qua fábula sunt prae-

notāda . Primo queritur quod sint  
subiectū . Tertio : quis titulus &  
cui parti phylosophiae supponatur

De priō sciendū quod nō sunt  
plures causæ assignādæ alicuius sci-  
entiae propriæ loquēdo quā duæ  
scilicet causæ efficiēs : & finalis .

Quod autē nulla sciētia habeat cau-  
sa materialē uel formalē probatur  
sic . nullum accidens habet causam  
materialē : sed omnis scientia est  
accidens : ergo & cætera discursus  
est bonus incelarēt : & maior patet  
secūdo metaphy . ubi dicitur quod  
nullum accidens componitur ex  
partibus alterius & alterius ratiōis  
& minor probatur secūdo de ani-  
ma ubi dicitur quod sciētia est iani-  
ta sicut accidēs in subiecto . Ex  
hoc sequitur correlarie quod sciē-  
tia est accidēs quia secundū Aristotē  
nulla substantia est in subiecto

Quod etiā am non habeat causam  
formalem probatur sic : illud quod  
nou componitur ex partibus alte-  
rius & alterius rationis non habet  
causam formalem scientia est hu-  
usmodi ergo & cætera . Verum

tamen ad salvandos antiquos pos-  
sumus dicere iproprie si ue me ha-  
phorice quoq[ue] sciētia habeat causam  
materialē : uocando illud mate-  
riam quod scitur per scientiā am uel  
illud circa quod uersatur scientia :  
scilicet obiectum scientiæ : sicut ocu-  
lo est materia uisio : quod satis mi-  
serere sonat : & sic forte intellexerunt.  
antiqui . Eodem modo possu-  
mus dicere de causa formalī intel-  
ligendo per ipsam debitum modū  
uel ordinem alicuius scientiæ : &  
iste modus uel ordo scientiæ nō di-  
stinguitur ab ipsa scientia ex quo pa-  
tet improprietas : antiquorum .

Causa autē efficiens dicitur huius  
se dominus **Albertus** qui compo-  
suit præsentem tractatum . Quod  
tamen propriæ loquendo non est  
uerum probatur id quod non est  
non est causa efficiens scientiæ nūc  
existentis : sed dominus . **Albertus**  
nō est quia iam dudum est corrup-  
tus ergo & cætera . sed impropriæ  
loquendo dicimus q[uod] dominus .

**Albertus** est causa efficiens huius  
scientiæ : propterea quia ordina-  
uit nobis unum librum de quo  
alii libri sunt scripti quosq[ue] præ-  
sentes libri uenerūt ad notitiam no-  
stram . Ex illo infero correlarie  
q[uod] plures possunt esse causæ efficien-  
tes unius scientiæ : ex quo possunt  
informare aliquem ista scientia .

Et etiam liber potest esse causa ef-  
ficiens quia aliquis : potest stude-  
re intus unam conclusionem uel

duas ex libro. Causa uero fina-  
lis est duplex finis ita & finis extra  
finis intra est agnitiō eorum quae  
docētur in hoc libro: finis extra est  
ut cognito hoc libro: habeamus  
facile accessum ad alios libros na-  
turales. De subiecto autem scien-  
dum q̄ fatuum est querere quid sit  
subiectum alicuius scientiae sine di-  
stinctione: propter quod sciēdum  
q̄ subiectū capitū tripliciter. Vno  
mō pro subiecto exātiā: & sic dī q̄  
anima est subiectū cuiuslibet scien-  
tiae quia omnis scientia est in ani-  
ma sicut dictum est. Alio modo ca-  
pitū subiectum pro subiecto pro-  
positiōis: & sic dicit̄ q̄ multa sunt  
subiecta istius scientiae: nam multae  
sunt propositiones in hac scientia.  
Tertio modo dicitur subiectum at-  
tributionis hoc est unus terminus  
communis qui potest predicari de  
~~pluribus~~ uel de omnibus quae do-  
centur in illa scientia: & sic dico q̄  
subiectum istius scientiae dicitur es-  
se semella cum suis secretis: uel alio  
modo secretum generantium & ge-  
nerabilium. Cui patri phylosophie  
supponatur: dicendum q̄ naturali-  
quis libri titulus.

Tractatus Henrici de Saxo-  
nia ~~A~~ ~~h~~ ~~i~~ ~~g~~ ~~n~~ discipuli de  
secretis mulierum quem ab ~~Al-~~  
~~b~~ ~~e~~ ~~c~~ ~~e~~ ~~x~~ ~~c~~ ~~r~~ ~~p~~ ~~s~~ ~~l~~ fœliciter icipit.

### Capitulum primum.

ILECTO sibi in chri-  
sto socio ioanni. Hen-  
ricus de saxonia uere  
sapientiae: & uite presentis in  
christo Iesu incremēta cōtinua-  
cum uestra fauorabilis atq; gra-  
tuita societas me rogaret. ut q̄  
dam uobis de his quae sunt a-  
pud mulierum naturam & cō-  
ditiones occulta & secreta ma-  
nifestarē uisa petitione nulla pi-  
gritia a compilatione breuis ac  
compendiose tractatuli de im-  
petrata materia me retraxit.  
Sed pusilla & iuuenalis mens  
mea secundum possibilitatem  
& temporis oportunitatem li-  
cet ad aliena retrahitur tamen  
cupiēs appetui satisfacere hāc  
præsentem epistolam in qua  
plura inuenientur de impetra-  
tis locis stilo phylosophico &

parte medicinali pro ut melius uidetur competere nunc ascribo. Rogans uentre meli flue cōsciētię cōstatiā ut i hoc ope ac negotio cōstans sitis & celās ne alicui puerorū tā etate q̄ morib⁹ dēudatio ad p̄sen tiam ueniat; uobis plura de his & de aliis p̄mittēs tēpore succedēte p̄t mechodus iſu dauerit domino concedente.

Diuiditur iste liber prima diu sione i quatuor tractatus. In prio determinat de formatiōe embrio nis & de iſluētiis planetarū: In secūdo ptractat partu ipsius fetus & cū hæc quædā accidētiā ſiue p̄prie tates ſpeciales circa foem exitū pue nientes. In tertio ostendit ſigna cō ceptionis & impedimēta eiusdēde cū hoc ſigna uirginitatis castitatis & corruptiōis. In quarto & ultio tractatu declarat naturā ſpermatis quid ſit ſperma. Secunda ibi nunc autē. Tertia ibi ſinito uero ſermo ne. Quarta ibi anteq̄ uero ſinem.

Primus titulus iterū diuiditur i quinq̄ capitulo. In priō ponit p̄ te phemiale. In secūdo ponit quædā ſiambula ad intētū ualentia. In tertio ptractat generationē embri onis i matrice i quarto formatiō ne eius ostendit in utero materno. In quinto declarat quædā omissa

ut magis lucide poffit ostēdere q̄ i matrice mulier⁹ plures ſoetus po ſit generari. Secūda ibi ſicut scribi tur. Tertia ibi postq̄ autē. Quarta ibi iſtis uisis. Quinta ibi ē aūt &c.

Primū etiā capitulū diuiditur i quinq̄ partes. In prima dirigit ſalutatiōne. Secūdo narrationē petitio niſ eius. Tertio oñdit quā petitio nē uoluit adimplere. Quarto oñdit q̄ ipſa potuiffet merito negare.

Quinto dirigit petitionē. Partes patebunt & legātur ſimul propter breuitatē. unde ſententia ſua ē iſta q̄ ipſe i niēdit exquo ipſe fuerat ro gatus ut cōpōeret unū tractatū de ſecretis mulierū ipſe Albertus re ſribit ſocio ſuo unā missulā quæ missula hic i p̄cipio ponitur an teq̄ ueruſ textus inchoetur. Et bre uiter iſta eſt ſententia q̄ ipſe mandat ſocio ſuo amicabilē ſalutati nem & continua incremēta huius pſentis uite docet eſſe & ibi. Cū ue ſtra &c. uoluit ſic diceſ Exquo ue ſtra uenerabilis ſocietas ſupplica uit q̄ uobis aliqua ſcriberem de ſecretis mulierū: nū uifa petitio ne ue ſtra nulla tarditas me detinuit. nā cōposui de hoc unū breuē tractatū Sed puſilla &c. Hic appōit quare ſi placuiffet potuiffet denegār peti tionē ipſius nā illo tpe ſuerat ipedi tus arduis negotiis nō tñ pp hoc renuere uoluit ſupplicationi eius. ut ad ſuā iſtā ſitū librū ederet. Et eſerētiaq̄ ipſe rogarat ipſū iſtan ter ut nō debeat reualere alicui pue

*Monstr  
causa*

etate q̄ etiā moribus hūc libr.

Circa prīmā partē notandū qđ dicit apud mulierē naturam q̄ ipsa sc̄imella deficit̄ calore. ppter ea pati tur hoc secretū. s. fluxū menstruog. Cuius cā ē q̄a ratiōe frigiditatis nō pōt eē sufficiens digestio uel decoct̄ o materie & ideo relinquitur ibi iquid supfluū qđ qđē idigestū ē. ē natura sagax ordinauit debito tpe ei trāsītū ut a corpe sc̄emina ex pelleret ne pp̄ hoc pateretur graua mē & iſirm̄tates. Sc̄dō notādū qđ dicit i līa iuuenilis mea mēs & pusilla de hoc deuitat arogatiā ondēdo suā hūilitatē ut patet intuenti.

Præterea notādū qđ dicit puer &c. q̄ duplex est puer. s. etate & moribus. s. qui inepte uiuit. Vnde dominus Albertus rogit socium suū q̄ nulli horū debet notitia ista tradi i hoc libro data nō prio puer. s. etate. quia nō intelliger. & si ali quid intelligerer forsan male p̄cip̄eret. Non etiā secūdo puero. s. moribus. q̄i hāc doctrina nō ualēt ea utēti iep̄te & male uiuēti i moribus.

### capitulum secundum.

Iicut scribit̄ secundo de generatiōe & corruptione: generatio aialiū ē sempiterna: & ideo in circuitu. Causam at sempiter nitatis i generatiōe aialiū sup̄ præmā dat phyllo sophus secū

do de aia dicēns q̄ naturalissi mū operū ē unū qđq̄ sibi simile generare q̄ cum diuino & immortali deo participiat q̄ oia appetunt q̄ idē qđē p̄maneat nō idē i numero sed idē in spe cie pp̄ qđ dicit cōmētator pri mo de aia q̄ sollicitudo diuina eū nō potuit ipsum facere p̄mācere idē sc̄dm numerū mi ferta ē ei dādo uirtutem q̄ potuit p̄mācere i specie. & subdit i hoc. n. nō ē dubiū qa melius ē h̄re hāc uirtutē q̄ nō habere.

Hoc ē capitulū sc̄dm huius tractatus & cōtiuaē sicut prius. Postq̄ expeditiuit se auctor de quibsdā positis in p̄hem̄to istius libri. Hic ponit quædam p̄reamble ad suū p̄positum ualētia. & sunt duo. sc̄dm ibi ideoq̄ &c. Vnde primo inten dit ponere conclusionem primam huius libri & est ista. Generatio aialium est sempiterna probatur ex litera sic illud ē sempiternum quod p̄participiat esse diuino & immortali seu quod iesse perpetuo cōseruat prout sibi conuenit generatio animalium ē huiusmodi ergo &c. maior patet ex eo q̄ omne diuinū est perpetuum ut patet secundo me thā. quia est inuariabile & immutabile secundum philosophum &c.

mentatore ibidem minor patet ex dictis Arist. i secundo de anima quem autor allegat in littera ut patet in tex-  
tu. Circa littera primo notandum quod dicit naturalissimum operum est. Posset aliquis dicere contra masculus gene-  
rat femellam & mulier masculum ergo ista littera est falsa consequentia patet  
& assumptum est experientia. Respondetur masculum & foemina esse idem est dupliciter vel eiusdem naturae specificae & esse uitae & sic est uerum. Alio modo secundum dispo-  
sitiones corporales quantum ad membra principalia corporis. & sic non est uerum quod patet intuitu. Sed contra hoc arguitur secundum Auctorem. quod membra principalia sunt cor & cerebrum & illa habent idem: igitur solutio nulla. Respondetur quod membra principalia duplicita sunt: quaedam sunt principalia uitae quae faciunt ad esse uitae. Alia sunt quantum ad actum generandi quae faciunt adesse speci-  
ficum conservandum ut membra genitalia. Ad propositum dico quod mulier & uir habent bene membra similia quantum adesse uitae sed non quantum ad actum generandi. Vnde secundum medicos licet foemina non habeat membra disposita ab extra puta genitalia. habet tam ad intra testicu-  
los affixos matrici uersus dorsum & spermatis aut tangit uiri & discurrevit semen ab ipsis propter delectationem sicut saliuia ab ore famelici. Item est notandum quod ad generationem plura requiruntur. Primo mas &

foemina. & ideo natura ordinavit ita quod mas sit natura secca & calida: & foemina frigida & humidæ propria-  
tatem intelligendo. Secundo requiri-  
tur ad generationem quod habeat mem-  
bra genitalia sicut membrum uiri &  
membrum mulieris. Tertio requiri-  
tur quod sint debite disposita. si quod uirga ui-  
tilis non sit nimis breuis nec nimis longa: & quod aliquid membrum ap-  
positum sit bene dispositum. Lux-  
ta quod notandum quod tria sunt in  
coitu. appetitus ex cogitatione fan-  
tastica & ex spiritu & humore appre-  
titus ab epate & a corde consequens  
& a cerebro quia quando talis mo-  
tus sit in coitu tunc omnia membra  
corporis calefiant per coitum & ca-  
lorem eriguntur & humor qui est in cerebro per uenas attrahitur & ad  
testiculos mittitur & per uirile uirgina-  
riū exiit. nam ut dicit. Iopocras quae-  
cumque post aures dicuntur extense  
diminute pedunt: generare non  
possunt nam si aliquid diminuerint  
vel eiecerint in coitu non est semen  
sed aqueus humor. & ideo de illo  
nullus conceptus fieri potest. & hoc  
etiam accidit illis qui ultra modum  
actum luxurie solent exercere quod non  
emittunt semen sed humor aqueo  
sum & aliquando sanie quod mul-  
tum periculosum est.

Causa est quod ista animalia  
& principue homines secundum nu-  
merum non dicuntur permanere  
scribitur in tertio de generatio-

a iiiii

*Ergo que requiruntur ad  
generationem*

& corruptioē quorū īcorrup  
tibilis ē substātia mota māife  
stū quoniā & numero eadem  
erūt motus enī seqt̄ illud qđ  
mouet quorū aūt nō sed cor  
ruptibilis specie nō aūt nume  
ro reiterari substātia aūt ho  
minis scđm principia indiui  
duae accepta corruptibilis est  
cum scđm sensum subiaceat.  
Hic adducit causam cuiusdām  
superius dicti qđ dictū erat qđ indi  
uidua nō posſunt pmanere ſecun  
dū eſſe eorum id iuiduale: & mate  
riale de hoc reddit causam & patet  
i littera & potest formari ratio per  
conclusionē prius positam ex littera.  
Cuiuscunq; substātia est cor  
ruptibilis illius generatio ē eterna  
ſed substātia aialis ſive hois ē cor  
ruptibilis ergo &c. de iſta rōe ſic p  
cedit p̄t̄: maiore deide mio  
rē ibi substātia enī hois. Sed dice  
ret aliquis ſi littera eſſet uera ſequi  
retur qđ deus nō eſſet oipotēs qđ ē  
falsū. quod probatur: nā deus nō  
potest hoiem eternaliter cōſeruare  
ergo aliquid eſt quod deus nō pōt  
facere ergo nō ē oipotēs. Responde  
tur qui deus eſt oipotēs rōne possi  
biliā & nō ipſibiliā uel illorum  
quaē ipliçat cōtradictionē. Itē di  
ceret aliquis auctor: dicit i littera  
qđ generatio ſit ſep̄terna cōtra oē

id quod i ciperit eſſe nō eſt ſep̄ter  
nū. ſed generatio incipit eſſe ergo.  
& cæ. maior patet uirtute iſtius ter  
mini ſcipit minor patet quia adā  
fuit prius hō . Respođetur phisice  
loquēdo negādo. minorē. de adā.  
dicit A uerois & bñ cōcedit quod  
Adā ſuit hō de quo adhuc habetur  
mēoria apud oēs . ſed nō cōcedit  
ipsū primū hoiem. Itē nota qđ dī  
cī i littera quod ipſibile ſit eūdē  
hoiem generari ſub idētitate gene  
rali. Cōtra ſecūdū ptolo . & Pla.  
idē hō nūero potest regenerari er  
go hoc eſt falsū cōſequetia tēnet. as  
ſūptū patet per eos ūde dicūt quod  
post magnū annum uidelicet post  
36000 . annorum redeunt: & re  
generantur: & dicunt qđ infinites  
ſumus. regenerati. Et iſpi respōđet  
ibidem argumētum quod poſſet  
ſieri cōtra iſpos quia aliquis dice  
ret quare hæc neſcimus dicunt qđ  
fantasía noſtra & mēoria illarū eſt  
corrupta ideo nō poſſumus recor  
dari. ſed breuiter iſta opinio nō ſu  
ſtinetur inteligenđo illam ſicut ſo  
nat. quia eſt contra fidem & cōtra  
dicti Aristoteles. Sed tamē poſſu  
mus ſaluare dictū iſporū per talē  
modū qđ iſteānus eſſet compleetus.  
puta quādō ē facta reuolutio octa  
ue ſperē quāq; per. 100. annos mo  
uetur uno gradu tūc aialia multū  
hiſ ſimilia operatiōibus : & diſpo  
ſitionibus redibunt: & hoc bene cō  
ceditur quia non eſt contra fidem  
ſi mundus ita diu ſtabit.

Ideo generatio hominibus  
est perfectissima hoc proba-  
tur sic homo est perfectissima  
& nobilissima creaturarum q  
patet per phylosophū in mul-  
tis locis & præcipue primo de  
anima quia quanto plures ope-  
rations aliquis : habet tanto  
nobilior est: sed homo per po-  
tentiam intellectuam separa-  
tur ab uno quoq; uiuentium  
ut ibidem patet : hoc idem est  
de intentione omnium phy-  
losophorum & præcipue boe-  
ti secundo de cōsolatiōc phy-  
losophiæ ubi dicit q homines  
deo mente cū similes hoc etiā  
patet per : phylosophū tertio  
phylicorū ubi cū ad humanā  
naturā in sorte & in alio parti-  
culariter existenti sit motus q  
generatio dicitur & perfectissi-  
ma inter omniū animaliū ge-  
nerationē & cū perfectissimū  
sit illud q maxime appetitur  
ab intellectu nostro uere iter  
ea q lunt eiusdem generis. Ge-  
neratio q est motus de nō esse

ad esse maxime appetit & pre-  
cipue hoīs quia hic inter oēs  
motus excellēs ē i nobilitate.

Hic adducit secundum p̄ream-  
bulum ualens ad intentum suum  
& est sententia finaliter in hoc q ho-  
mo est nobilissima creaturā qd  
ip̄e probat in littera multis autori-  
tatis ut patet intuenti. Et ex ista  
littera traditur conclusio secunda  
& est ista: generatio hominis est per-  
fectissima: congruum est enī q no-  
bilissima creatura habeat nobilissi-  
mam perfectiōem alias probatur  
sic id quod habet plures generatio-  
nes q omnia animalia: illud est no-  
bilissimum homo est huiusmodi  
ergo &c. maior manifesta ē: & mi-  
nor patet: q ip̄e homo habet ani-  
mam intellectuam per quā differt  
ab omnibus animalibus. Item an-  
tecedens confirmat per multas au-  
toritates phylosophiæ moralis: &  
naturalis ut patet in littera & alias  
confirmatur per Arist. in primo  
de animalibus ut dicit q nobilissi-  
mum & altissimum est ip̄e homo

Item in primo ethicoruī homo  
iter omnes creaturas ordinatur ad  
summam scelicitatē: postea autor  
confirmat conclusionem ibi & cū  
perfectum. Et arguit sic in littera il-  
lud est perfectissimum quod maxi-  
me appetitur ab intellectu nostro  
sed inter ea quae sunt eiusdem gene-  
ris generatio hominis ē huiusmo-  
di ergo &c. maior est manifesta: &

minor patet quia generatio est motus de non esse adest : & enim maxime appetit & praecepit ab hominibus.

Et intelligit de motu uariante aliquo modo super quod mouetur & pro hoc excludit motus prius genitum oium aliorum ut dicitur. viii. phycorum & prior cœli & mundi.

Hic remouet dubium quod sic incidit nam prius dixit quod generatione hois est motus de est perfectissima: ex hoc aliquis posset credere quod generatio hois est excellentior & nobilior quam prius motus quod est falsum quia talis est causa oium aliorum ut pater. viii. physico. & prior cœli. Istud dubium remouet autor & dicit quod dictum suum intelligit de motu uariante ipsum mobile ut patet in littera & per hoc excluditur motus primi mobilis: unde motus uarians dicitur mobile motu corruptibili quod sit cum affectione contraria. Postea autor dat modum procedendi: ibi in hoc ergo &c. & uult dicere quod primum suum capitulum ostendit de embrionis generatione & de illis que sunt occultata apud naturam mulierum. Nota quod embrrio de una massa carnis ex semine viri: & menstruo mulieris coagulata ut postea melius spatebit.

**Capitulum tertium**  
**O**ST quā autē sermo noster promissus de his quæ intellectui audito

ris occulta sunt quæ circa stolidi materialiam operis descendente & prius degeneratione embrionis uidetur.

Capitulum tertium in quo dicitur prosequitur iterum suum principale. scilicet generationem embrionis & prior facit hoc secundum finem mouet dubium ibi sed ex his que dicta sunt &c. prior pars dividitur in tres partes. prior declarat generationem embrionis. secundum ostendit modum per quem generatur. tertio declarat quoddam dictum secunda ibi istis uisitis. tertia ibi concipi pereat. prior est in duo. prior continuitate ad dicenda. secundum prosequitur iterum ponendum unum notabile. ibi iuxta quod notandum sententia patet in littera quod tota uis stat in hoc quod primo uoluit declarare generationem embrionis.

Luxta quod notandum est & diligenter memoriae commendandum quod omnino hic homo qui naturaliter generatur ex semine patris & menstruo matris generatur secundum intentionem omnium philosophorum & medicorum. Et dieo medicorum quod Aristoteles non ponit semen patris in substantia foetus reddere: sed ad generationem & formationem foetus tantum producere: & po-

stea potest ipsum evapabiliter exalare. Medici autem dicunt totum semen tam ex parte patris quam sperma dicitur quod ex parte matris quod menstruum dicitur cadere in substantiam foetus.

Hic Albertus quoddam notabile ponit uales ad intentum suum & ponit duas opiniones contrarias de formatione embriorum. Pria opinio est media ergo: scilicet philosophorum. Unde medicus dicunt quod tam semen patris quam etiam menstruum matris credere in substantiam foetus. Aristo autem uoluit & alii philosophi quod semen ipsius patris non cedit in substantiam foetus sed disponit semine ipsius matris ad formationem embriorum & postea dicunt ipsum evapabiliter exalare & ista est sententia auctoris. Ex illa littera trahi coelus quarta huius libri & est embryo generatur in utero materno ex semine patris & mestruo matris probatur sic. Ex eodem generatur embryo & homo: sed homo generatur ex semine patris. ergo & cetera. de ista ratione minorem tantum posse in littera. Diceret aliquis possibile est hominem naturaliter generari absque semine ergo littera falsa consequentia est clara. Assumptum probatur per Aueninam in libro de diluviis ubi dicitur quod post magnum diluvium quando uniuersi homines fuerunt submersi homines creuerunt ex cadaueribus morti

tuorum mediante uirtute celesti & hoc confirmans dicit quod generatio gigantium fuit per ostium bellum trojanum. ex multis cadaveribus mortuorum inuicem coagulatis. Dico quod Auenina dicit falsum ut patet per commentatorem. ii. colligit ubi ipse probat quod homines non possunt regenerari ex putrefactione sicut cetera animalia. Ad confirmationem dicitur quod ex talibus cadaveribus non fuerunt gigantes generati: sed ex seminibus patrum per constellationem coelestem. Unde sciendum quod dicit commentator ubi supra se quandam puellam habuisse in uicinia cui bene confidebat quae sibi ueraciter iurauit quod nuncquam fuit imprægnata per aliquem uirum & tamen concepit postulauitque ab eo remedia: ipse autem Auerrois inquirens causas hic inde perscrutatus fuit & inuenit quod fuit balneata in balneo ganelli aqua tepide. & ibi subito per attractionem feminis uirilis fuit imprægnata eo quod sperma alicuius uiri fuit emissum in balneo. & tunc membrum mulieris a tota proprietate extraxit sibi semen quantum potuit: & istud possibile esse dicit commentator secundum operationes naturæ: postea predicta puella quaesuit auxilium a commentatore ut parere posset ex quo non fuit corrupta. Cui ipse responderet quod deberet uti actu uenerio & coheruerari cum uiris. Sed hic dubium est utrum talis puella fuerit

Miranda  
Ma fuit la grida

*Duplices est  
corruptiones*

*De coebitu  
no factifero*

tunc uirgo uel non. Respondetur breuiter q̄ corruptio est duplex. Quædam est per s̄eminis decisio- nem. Alia quæ sit per lesionem pellicule uirginitatis scilicet quando ymen frangitur tūc dico q̄ primo modo fuit corrupta quia attraxit semen & cum hoc emisit: sed secun- do modo non quia pellicula non fuit corrupta. Exquo sciendum q̄ plura requiruntur ne ipsum semen in agrum nō projectum dilabatur Primo q̄ ipse mas & s̄emina cum habent actum uenereum non exer- ceant ipsum stando: quia tūc semē sursum proicitur & sursum proie- ctum dilabitur: quia omne graue tendit deorsum. Secundo ne coeant iacendo super latera: & ratio est q̄a semen ad unum latus funditur ma- trici: & per consequens dilabitur & generatio impediſt. Tertio ex par- te mulieris regritur q̄ matrix non sit corrupta quodq̄ orificiū ipsius illesum sit: quia aliter semen nō ha- beret per manentiam: & requiritur etiam q̄ matrix non sit nimis im- mūda uel lubrica: quia ista omnia impediunt. Quarto requiritur de- bita matricis apertio: q̄a si in emis- sione spermatis ipsa matrix nō ape- ritur tunc ad aliud locū mittitur ipsum semē & sic per aliquod tem- pus magna massa carnea ex hoc ge- neratur: sicut accidit pluribus mu- lieribus iuuenilibus quæ pp oscu- la actum uenereum non possunt: tāc propter nimiam attractionem

& libidinem tempore nocturno in somniis in dorso iacentes polutio- nem faciunt emittentes proprium semen tūc hæc pollutio ad loca in- teriora circa umblicum se reponit & in magnā massam carnis crescit ita q̄ uentre earū incipiunt tume- scere: & tunc opinantur q̄ sint im- pregnate q̄ tamen falsum est: & ab ista tumefactione nō possunt sana- ri nisi p regimen medicinale: & uo- caē a medicis mala matricis Quin- to impeditur cōceptus longitudi- ne uirge quia dicit Galienus q̄ nō debet esse lōgior nisi. xi. policis ad plus ratio est quia si est lōgior tunc semen in matrice dispergeret & per conseq̄uens cōceptionem impedi- ret: breuitas ipsius debet esse ad mi- nus unius policis quia si eēt breui- or tunc orificium matricis nō pos- set tangere & p conseq̄uens semen emissum ad alium locum fluere ex quo orificium matricis tangere non possit & sic impeditur con- ceptio & per hoc mulier diuersos morbos incurret.

Istis autē uisitis accepta uia una Aristotelis & alia medico- rum nihil hic determino. Vi- dendum est per quem modū ista s̄emina recipiantur in mu- liete una. & cum mulier in eo- tu cum viro fuerit tunc in eo- dē tēpore emittit mēstruum

in quo tempore uir sperma ita  
q̄ illa semina ī uulua mulieris  
sibi occurruunt alternati & unū  
incipit alteri commisceri: & sic  
mulier concipit.

Hic ostendit per quem modum  
generatur embrio in muliere exper-  
mate patris & menstruo matris: &  
uult littera tantum dicere q̄ accepta  
una parte medicorum uel Aristote-  
les tunc mulier quando est in coitu  
cum uiro si eodem tempore emitit  
menstruum in quo uir emitit sper-  
ma ita q̄ illa semina concurrunt si-  
mul ad locum debitum & q̄ unum  
commisceatur alteri tunc mulier cō-  
cipit. Ex illa littera trahitur conclu-  
sio quinta: huius libri & est illa. Em-  
brio generatur ex semine patris: &  
menstruo matris debite: in matrice  
conceptis: & unitis. Probatur quā  
do cunq; aliqua duo cōcurrunt ad  
alicuius tertii generationem: tunc  
tertium generari non potest nisi ta-  
lia adiuicem commisceantur & in  
debito loco recipiātur: sed embrio  
generatur ex semine patris & men-  
struo matris ut dicit cōclusio quar-  
ta ergo & cetera. Ad intelligēdum  
conclusionem sciendum q̄ menstru-  
um est duplex quoddam ē purum  
quoddam impurum: menstruum  
purum est proprium semen mulie-  
ris quod cedit insubstantiam foetus  
& de illo intelligitur littera. Sed mē-  
struū ipurum est quædā superfluitas

mulieris & imunditia quæ causatū  
ex indecoctiōe cibariorum ex quo  
mulier est frigidæ naturæ non ha-  
bens sufficientem caliditatem qua  
possit decoqui totus cibus & exin-  
de quotidie reliquitur ibi aliquid  
superfluum imundum de ipso ali-  
mento: & hoc exit omni mense de-  
patebit. Dubitatū hic utrū tē-  
pore coitus si maior delectatio in  
uiro quā in muliere uel econuerso  
hanc questionem mouet Aristote-  
les in primo de generatione ani-  
malium & dimissis agrumētis ex  
utraq; parte respondeatur unam de  
lectationem esse maiorem alia in  
actu uenereo potest dupliciter itel-  
ligi. Vno modo intēsue & sic ma-  
ior delectatio est in uiro quia semē  
eius est calidius. Alio modo ex-  
tēsue & sic maior est i muliere quia  
habet duplē delectationem pri-  
mo quia recipit. secūdo quia emī-  
tit semen. Secundo dubitatū  
utrum tempore coitus delectatio  
sit in toto corpore uel tātum in ali-  
quibus membris puta in uirga ui-  
rili & i membro mulieris responde-  
tur aliquam delectationem esse in  
aliquo dupliciter intelligitur uno  
modo principaliter. Alio modo  
executiue modo ad propositū dico  
quod ipsa delectatio i coitu prī-  
paliter est in mēbris pertinentibus  
ad actum coeundi: sed executiue  
est in omnibus membris nam om-  
nes uene ibi concurrunt.

*Meftrum*  
spm  
14 anno  
meftrum  
in fluit

Concipere autem uere quan-  
do ista semina in matrice hoc  
est in tali loco deputato a natu-  
ra ad foetum recipiuntur & post  
quam illa semina recepta sunt  
matrix mulierum clauditur ex  
omni parte firmiter ita quod nihil  
de recepto isto potest amitti &  
cum matrix fuerit clausa sit un-  
dique receptio feminis & men-  
struorum in mulieribus juxta  
quod notandum quod menstruu-  
m nihil aliud est quam super-  
fluitas alimenti quod in sub-  
stantia rei cedit: & uocatur ui-  
ris sperma & menstruum mu-  
lierum quia fluit quotlibet me-  
se ad minus semel cum mulier  
fuerit tante etatibus hoc est quat-  
tuordecim annorum ut frequen-  
tius accidit tunc incipit fluxus  
menstruorum quotlibet men-  
se propter naturae purgationem.

Quibusdam uero mulieri-  
bus ille fluxus accidit in noui  
Junio quibusdam uero ante:  
qui busdam uero post ita quod non  
eodem tempore omnes mulie-

res istum dolorem patiuntur:  
& dico dolorem quia intali flu-  
xu omnes in differenter graui-  
ter patiuntur: quædam uero  
plus: quædam uero minus quæ  
dam uero diutius fluunt: quæ  
dam uero citius transserunt &  
hoc secundum exigentiam co-  
mixtionis naturæ mulierum.

Hic declarat quoddam dictum  
& primo hoc facit: secundo incidet  
taliter ostendit quid sit menstruum  
mulierum: secunda ibi iuxta quod  
& cetera. primo dicit quid sit con-  
cipere. secundo ponit accidentes con-  
sequens mulieres: post concepcionem  
ibi postquam uero: & uult dicere in omnibus  
istis partibus: primo quod con-  
cipere uocatur quando semina in  
seminalia concurrit: & postquam ista se-  
mina sunt recepta in matrice tunc  
matrix undique clauditur ita quod nihil  
de tali semine potest exire: & sic sit  
retentio menstruorum & tunc de-  
clarat quid sit menstruum dicit quod  
menstruum nihil aliud est nisi su-  
perfluum alimenti quod in substantia  
rei non cedit sicut: & sperma  
in uiro & propter hoc uocatur me-  
nstruum quia accidit mulieribus quo-  
libet mense cum sint debite etatibus.  
Si tredecim annorum tunc subdit quod  
accidit quibusdam mulieribus ille  
fluxus in nouilunio: aliquibus an-  
te: aliquibus post: & omnes mulie-

res habent dolore in tali fluxu non  
tamē æqualiter: nam quedam ma-  
gis & quædam minus. Circa istam  
partem primo notandum q̄ matrix  
nihil aliud est nisi quoddam instru-  
mentum masculosum habens quā  
dam pelliculam in qua distingui-  
tur plura habitacula conuenientia  
ad generatiōem foetus: & est inter  
membrum mulieris & intestina su-  
pra uelicam in parte superiori. Se-  
cūdo nota q̄ illa matrix habet plu-  
res cameras habet enim duas iori-  
ficio concavo quæ sunt orificia ue-  
natum deqbus uenis sanguis men-  
struosus exit per membrum mulie-  
ris post istas duas cameras sunt te-  
sticuli mulieris: unde secundum  
Auerroim i secundo colligit orifi-  
cium matricis in uirgine est ualde  
crispū & ex ista crispitudine oriun-  
tur quædam uene habentes pellicu-  
lam unam contextam duabus tex-  
turis quarum una tangit longitu-  
dinem & est minor: & reliqua lati-  
tudinem: unde quando tales pelli-  
cule per uirgam uirilem franguntur  
tunc amittit uirginatatem: & tunc  
in coitu quando primitus coitum  
pitur uirgo sperma in magna co-  
pia fluit de membro eius & hoc est  
uerissimum signum q̄ adhuc fuerit  
virgo. Item nota q̄ ipse dicit men-  
struum i mulierre & cetera hoc est  
Intelligendum secundum prius di-  
cta de menstruo puro & nō puro.  
Item nota q̄ si tempore coitus sper-  
ma cadit ad dexterā partem mulie-

ris inde generatur mas: si uero ad si-  
nistram soemina. Item nota q̄ dicit  
in littera q̄ matrix & cetera, & è ra-  
tiōe simile si aliquis haberet unam  
amicam & daret ei munus aliquod  
quod diligenter tūc ipsa si timeret per-  
dere clauderet fortiter manum sic  
etiam matrix diligit renere semen  
& propter hoc fortiter clauditur.  
Item nota q̄ dicit in littera q̄ mulie-  
re. incipiunt habere istam infirmi-  
tatem. scilicet, menstruorum cum  
sint i redicim annorum: & durat us  
q̄ ad annum quinquagesimum sex  
tum. Adde tribus dena mulieris  
menstrua cernas. Ad quinquage-  
na durat purgatio tanta. Item nota  
q̄ dicit in littera q̄ menstruum mulie-  
ris sit superfluum alimenti & cetera  
Vnde intelligendum q̄ multiplex  
est digestio: prima est in ore: & illa  
est quædam masticatio: secunda est  
in stomacho: & superfluum eius est  
stercus: tercia in epate quarta est in  
membris ut medici dicunt modo  
sperma uel semen est super fluum  
quartæ digestionis. Sed tūc diceret  
aliquis cum ipsi uiri: habeant terci-  
am digestionem quare tunc nō ha-  
benent menstrua. Respondetur q̄ ter-  
tia digestio est in epate: & ibi uiget  
maxima caliditas in homine id cir-  
co ibi non relinquitur aliqua im-  
munditia: sed in mulieribus ibi est  
debilis caliditas: ideo reliquitur ali-  
quid superfluum. Item nota q̄ se-  
cundum aliquos menstruum dici-  
tur esse in tria differentia. Primo

*zge in gr  
misi no  
fuit me  
prin*  
*Granid  
grub  
misi*  
modo menstruum naturale sicut men-  
struum mulierum. Secundo modo  
super naturale sicut iudeis. Tertio  
modo contra naturam sicut in qui-  
busdam christianis melacolicis per  
annum & non per uirgam. Quere  
re posset quispiam quare in mulieri-  
bus impregnatis non fluunt men-  
strua dicendum q[uod] conuertuntur in  
aliquid quia ut habetur in littera  
duae uene trahent de matrice ad ma-  
millas & inde menstruum etiam tra-  
ffertur ad mamillas & ibi decoqui-  
tur & recipit formam lactis. & tunc  
iterum transfertur per prædictas ue-  
nas & nutritur ex inde foetus i utero  
materno. Etiam mulieres lactates ut  
sunt nutrices non habent tantum de  
menstruo quantum aliae mulieres  
quia transmutatur ad materiam la-  
ctis. Et ideo secundum auctorim ali-  
quæ mulieres ut nutrices præcipue  
non possunt impregnari licet ege-  
giæ subagitentur. Vnde sciendum  
est q[uod] non est impossibile q[uod] men-  
struum fluat per tres menses post conce-  
ptionem quia foetus nouus non po-  
test totum recipere. & in hæc decipi-  
untur multæ foeminæ quæ credunt  
quando habent menstrua q[uod] tunc nō  
sunt impregnatae cuius oppositum  
sæpe uerum est. Item nota q[uod] propri-  
us locus menstruorum est in matri-  
ce & transfertur per quasdam uenas  
existentes ad membrum mulieris p-  
dorsum. & huius signum est quia  
mulieres tali tempore magnum ha-  
bent dolorem in dorso. Item nota q[uod]

quædam luctatio habet quattuor qua-  
dras: & secundum hoc mulieres in  
illis temporibus diuersimode patiū-  
tur quia prima quadra est quando  
nouilulum icipit & durat per octo  
dies quasi & est sanguinea quia cali-  
da & humida: & tunc mulieres com-  
plexionis sanguineæ patiuntur: secunda  
quadra est colerica quia calida &  
sicca: & tunc mulieres colerice pati-  
untur. Tertia quadra est melanco-  
lica quia frigida & sicca & tunc mu-  
lieres melancolice patiuntur. Quar-  
ta quadra est flegmatica quia frigi-  
da & humida & tunc mulieres fleg-  
maticæ patiuntur. Isto tamen non  
obstante circa plures mulieres men-  
struum frequenter accedit in fine mé-  
sis nam quasi omnes sunt naturæ fri-  
gide & flegmaticæ. Sed diceret ali-  
quis quare bruta animalia non ha-  
bent menstruum. Respondeatur q[uod]  
transmutatur in pilos uolunt tamen  
aliqui dicere quod quædam bruta  
animalia habent menstruum in par-  
ua quantitate.

Sed ex hiis etiam quæ dicta  
sunt plura dubia oriantur. Pri-  
mum autem est utrum ille flu-  
xus sit per colorem sanguinis  
uel per aliquem alium. iuxta  
q[uod] notandum q[uod] in omnibus  
præter quam in corruptos co-  
lor menstruorum sanguineus  
est ut i pluribus dico corruptos  
ab humoribus

ab hūoribus malis & viscosis  
In hiis lepe etiā sūt mēstrua li-  
uidi coloris & non loquor de  
corruptionē castitatis quia in  
differenter siue corrupte siue  
uirgines fuerint siue non si fue-  
rint debite etatis patiuntur flu-  
xū & signa ad hanc pte quādo  
mēstrua fluūt sūt plura de qui  
bus subsequenter dī Scđo no-  
ta postea lici dubiū esse utrū  
ista mēstrua fluuerent per annū  
& hochumore successus autē  
per uuluaū: fluunt in specie  
cruoris sanguinis tenuis.

Hic Al. mouet quædam dubia &  
sunt quatuor p ordine. primū ē il-  
lud utrū menstruā habet colorē sah  
guineū aut alium colorē & ipse sol-  
uit cuius solutionis virtus stat ihoc  
q̄ dēs mulieres nō corrupte habent  
menstruū i colore sanguino sed que  
corrupte sunt habēt mestruū liuidi  
coloris uel lutei uel uinei. & expo-  
nit quid p corruptas intelligat dices  
q̄ nō intelligit de corruptionē uirgi-  
natis seu castitatis sed intelligit illas  
mulieres q̄ habēt huiorū viscosum  
putridū & corruptū. Scđm dubiū ē  
istud utrū ista mēstrua fluat p annū  
mulieris more successus uel p uulua  
more piectiōis urine Et soluit. d.  
q̄ p uulua mulieris sicut crudus san-

guis & teuis. Et p̄io nota q̄ istud du-  
biū rōnabilitē motū q̄a color est  
quoddā accidens qđ ē q̄litā scđm  
qđ ex pmixione primā q̄litatē ge-  
nerat sicut dicit primo de aia i phe-  
nio q̄ accidentia magnā p̄e conse-  
runt ad cognoscendum q̄ quid est  
esse rei & maxime illud accidens q̄  
habet hic discerni per sensum uisus  
per phylosophum in primo metha.  
ubi dicitur q̄ sensus uisus multas re-  
rum differentias ostendit. Ex illo se-  
quitur q̄ dubium rationabilitē est  
motum quia si uolueris habere p̄e  
etā noticiā de ipso menstruo neces-  
sarium est ut cognoscas colorem ip-  
sius. Itē illud quod dicit in littera  
de corruptis mulieribus. Nota q̄  
mulierū corruptarū quædam sunt  
corrupte carnaliter per uirgam ui-  
rilem. Alię uero dicuntur corrupte  
ppierea q̄ habēt humorem corrup-  
tum & viscosum eis adherentem de  
primis nō intelligitur littera sed de  
secundis: Vnde sciendum q̄ puelle  
in corrupte maiorē habēt dolorem  
in tali fluxu q̄ alie mulieres corrup-  
te quia ipse uirgines non habent ita  
transitum sicut mulieres corrupte.

Item sciendum q̄ mamille mulie-  
rum & testiculi uirorū alii qualitatē  
concordat in natura. quia sicut per  
mamillas fluit lac. sic per testiculos  
sperma emittitur. Item sciendum  
q̄ scđm dubiū fuit rōnabilitē mo-  
tum q̄a hoies qui patiuntur dissin-  
teria patiuntur fluxum uentris san-  
guineum qui assimilat fluxū men-

*Emonoroi  
def*  
*Indeo ex  
fluxus*  
*quarto  
menstrua  
virgini*  
  
struo. Et istum fluxum habent indiferenter viri & mulieres. Item nota quod in viris melancolicis generatur multum de ipsa melanconia que dirigitur ad splen & de splene ad spinas dorsi a quibus descendit ad alias uenas existentes circa ultimum intestinum quae uene vocantur emoroides quia quando tales uene repellunt tunc ipsi melanconici purgantur per tales fluxum & ille fluxus multum prodest eis si est temperatus. Et ille idem fluxus reperitur in iudeis ad naturam magisquam in aliis quia plurimum melanconiam declinat. licet tamen coiter dicatur quod habet per miraculum dei de quo non est dubitandum quin sit uerum.

Tertio dubitatur quare de mulieribus menstrua fluunt quae sunt superfluum alimenti & non viris quibus etiam est superfluum alimenti. dicendum est quod mulier est frigida & humida a natura vir uero calidus & siccus. modo dico quod natura humili est fluere ut dicitur quarto metha. & maxime humili aquem quod mulieribus inest. In viris uero humidum cum sit aereum & idem calor naturalis semper agat inhumidum conuertit & transmutati-

specie alimenti & cum calor & natura nihil faciant frustra ut. Aristo primo cœli & mundi sed semper quod est melius. & cum calor in mulieribus debilis est respectu eius quae est in viris tamen totum alimentum non possit conuertere in mulieribus facit quod melius est: & prouidit naturae de necessariis: & reliquum mittit in locum in quo seruantur mulierum mestra de isto quodem infra dictum est maioris inquisitionis quam partis ex poscit negotium.

Hic mouet tertiam dubitationem & est illa quare in mulieribus fluere menstrua quae sunt superflua alimentatione maii mense & in viris non fluere sperma ex seipso quod est etiam superfluum alimenti &c. Et soluit in littera & in hoc stat solutio quod mulier est frigida & humida a natura vir uero calidus & siccus a natura: modo sicut testatur Aristo. secundo meth, quod de natura humili est fluere ex quo cum aliquando in viris est humidus aereum hoc non fluit nam calor naturalis semper agit in eum in mulieribus aut est humili aquem. & ideo cito fluit idcirco natura cum nihil frustra faciat ordinavit in mulieribus quod melius est. ut purgentur a tali su-

pluitate. Præterea nota hoc tertium  
dubium ratiabiliter motū est q̄ si  
cū mēstruum ē supfluū in muliere  
sic etiā sperma in uiro. Sed circa so-  
lutionē scīdum q̄ spma in uiris n̄  
fluit singulis mēsibus de corpibus  
eoz sicut mēstruū mulier. & ratio  
in littera assignat quia. s. humiditas  
mulieris ē aqua. Ex isto sequitur  
q̄ mēstruum mulieris est multum  
uenenosum & corporis infectuum un-  
de dicit. Alb. si mēstruum tangeret  
ramum arboris uiridis cito arescit  
ideo natura nittitur maxime expel-  
lere talementam. Etiam ex hoc  
pater solutio q̄ sperma in uiris non  
est in tanta copia sicut menstruum  
in muliere licet etiam natura se pur-  
get aliquando dormiendo. Vnde  
sciendum q̄ nocturna pollutio ac-  
cedit pluribus de causis. Quandoq;  
ex nimia ebrietate & assumptione  
cibi uel potus quando est digestus.  
nam tunc post digestionem sepe fit  
pollutio. Secundo modo fit ex ni-  
mia cogitatione turpi uel locutio i-  
ne tunc de nocte fit pollutio. Ter-  
tio fit aliquando ex illusione demo-  
niaca & deceptione eius. Quarto  
fit ex plenitudine. humorum sicut  
quando aliquis repletus est multis  
humoribus & sanguine. & tunc fit  
pollutio quæ est purgatio natura-  
lis. Quinto causa ex nimio ieuno  
quando aliquis nimū ieunat tunc  
naturalis calor excitat & agit in hu-  
midum. & tunc talis pollutio noxi-  
ua est. Sexto causatur ex nimio la-

bore. quia homo per nimium labo-  
rem exiccatur. & tunc etiam sit pol-  
lutio naturalis scilicet quod homo  
emitat semen dormiendo & pro-  
pter hoc dicunt theologi q̄ duobus  
primis modis est peccatum sed re-  
liquis non.

Quarto dubitatur unū ve-  
nit menstruum in muliere. quā  
do est in coitu cum uiro quia  
dictum est supra q̄ quando cō-  
cipit mulier retenta sunt men-  
strua ergo si retenta sunt tune  
dubium est unde fluent in coi-  
tu. Ad quod dicendum q̄ qn̄  
mulier concipit retēta sunt ad  
hanc intentionem ut de men-  
struo retento fœtus in utero  
mulierum existenti possit nu-  
triri aut cum mulier in coitu ē  
cum uiro propter maximam  
delectationem quam habet  
propter hoc quod uene: & nec  
ui in uulua' existentes : & pec-  
cū virgam uirilem confricantur  
& sic propter virgam uirilem  
menstruum emitit: & hoc est  
naturale respectu coitus. Ese  
tamen quasi uiolentum re-  
spectu fluxus naturalis

*gry & gramm  
de māeri  
appetit co*  
mēstruōge. Itē omni die de nu-  
trimento sumpto mulierū sit  
materia quā apta est ad expel-  
lēdū īcoitu pp hāc emittitur in  
embrione quo genus diuersifi-  
catur. & ex his soluitur qdā du-  
bitatio q̄e mulieſ i prēgnate  
maxle appetunt coitū q̄i appre-  
titus coitus ē pp̄ter habūdātā  
materie superflue : & iō cū tūc  
mēstrua retēta sunt oī téporū ar-  
det & cōplet ergo mulier ma-  
xime appetit coitum quia ex:  
istis in habundantiam uulua  
mulierum calescit & ergo.

Hic ostendit quartum dubitatiū  
& est tale unde ueniat menstruum  
in muliere qñ est in coitu. ex quo di-  
ctum est q̄ quando mulier cōcepit  
tunc matrix undiq̄ clauditur & ul-  
terioris non emittit menstruum. sed  
quando alia uice post cōceptiōem  
erit in coitu tūc iterum emittit men-  
struū ex quo queritur unde ueniat  
quia mirabile uidetur & auctōr sol-  
uit in littera dicit q̄ post conceptio-  
nem retēta sunt mēstrua pp̄ter hoc  
finaliter ut foetus existens in utero  
materno exinde possit nutriti. Sed  
quando tunc mulier est in coitu cū  
uiro propter maximam & nimiam  
libidinem uel delectatiōem quam  
habet propter hoc nerui & uene cō-

fricantur & emittit menstruum &  
hoc est naturale ratione coitus . sed  
est uiolentum ratione fluxus natu-  
ralis menstruorum. ex isto soluitur  
quædam alia dubitatio quare mu-  
lieres imprægnate maxime appetit  
coitum quia sicut appetitus coitus  
est propter habūdātā materie  
superflue ab alimento. & ideo cum  
menstrua sunt retenta & quotidie  
aliquid eorum generetur tunc mu-  
lier maxime appetit coitum pp̄ter  
habundantiam materie. Et etiam dī  
cit q̄ membrum mulieris calescit.

Nota q̄ illa dubitatio solum-  
modo debet intelligi de mulieribus  
imprægnatis. Item nota q̄ emissio  
menstruorum non est totaliter ui-  
lenta : & absolute quia menstrua  
sunt grauia : & omne graue tendit  
deorsum. Item nota q̄ littera intel-  
ligitur de mēstro impuro de quo  
superius patuit quia istud est ineptū  
& in dispositum ad generatio-  
nem foetus nam si ex tali mēstro  
foetus generaretur ficeret leprosus &  
fragilis . & ideo prohibitum est tali  
tempore uiros commiserim mu-  
lieribus & hoc etiam multum no-  
net membro uiirili. Item sciendum  
est quia dictum est : de spermate &  
sperma ab aliquibus sic diffinitur.  
Sperma est semen uiirile ex pura sub-  
stantia omnium membrorum cō-  
positum. Item si aliquis dubitaret i  
quo tempore coire quis primo pos-  
sit & dicunt aliqui q̄ i anno. xiiii. tē  
pore coitus incipit. Sed circa hoc

dubitatur & arguitur sic. In pueritia magis uiger coitus q̄ post tale tēpus. igitur falsum est quod dicitur. cōsequētia patet. & assūptū pbaēt q̄a pueritia est calida & chūda igitur uidetur q̄phabat multum de semine.

Respondetur negando assūptū. & ad probationem dico q̄ aliquid aliud impedit. nā i pueritia meatus sunt strīcti de quibus sperma debeat exire. & in aliis uero aetatis apti: sed i senectute propter frigiditatem coitus uix contingit. Item nota q̄ post cōmestione hoc opus est molestū quia calor naturalis minuit & tunc nō pōt bene digerēt cibum igitur ipedit digestiōni. sed post somnum tunc temporis melius est coire quia tunc sanguis est digestus.

Item sciendum q̄ quādam sunt herbe & cibaria que iuuant ad coitum & quādam impediunt. Vnde ista iuuant piper pillegium carnes recētes nitella ouorum testiculi uulpis: & crocus orientalis. ista uero minuit scilicet nutrimenta frigida anetum ruta lactuca melones ue amare & similia. Semen lini coctū cum lacte camelī commestus iuuat ad uenerem. Item si lenticule coquātur cum semine lactuce & elixentur & de illo bibatur extinguit libidinē ut dicit macer. Item Arist. dicit in libro de genera animalium q̄ omnia animalia sperunt coitum post imprægnationem nisi mulier. Causa huius ē quia mulier habet recor dationem de præteritis: & propter

10  
magnam delectationem iterū appetit. Alia autem animalia non recordan tur & ideo non appetunt. Alia causa est dicta in littera. Sed secundum aliquos equa post ipregnatio nem appetit coitum & reddit causam quia est animal multum come dens & bene dirigens. & ideo in ea est multum de fæminæ propter quod appetit coitum. unde etiam eq̄ uehemētius appetit coitū q̄ alia aialia bruta pp multitudinē seinis

### Capitulū quartum.

